

## Liebe ist Leidenschaft

### A Leben ist Lieben (Catull, c. 5) °

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus  
rumoresque senum severiorum

- 3 omnes unius aestimemus assis!  
Soles occidere et redire possunt:  
Nobis, cum semel occidit brevis lux,  
6 nox est perpetua una dormienda.  
Da mi basia mille, deinde centum,  
dein mille altera, dein secunda centum,  
deinde usque altera mille, deinde centum.  
9 Dein, cum milia multa fecerimus,  
conturbabimus illa, ne sciamus  
aut ne quis malus invidere possit,  
12 cum tantum sciat esse basiorum.

### B So viele Küsse! (Catull, c. 7) °

Quaeris, quot mihi basiationes  
tuae, Lesbia, sint satis superque.

- 3 Quam magnus numerus Libyssae arenae  
lasarpiciferis iacet Cyrenis –  
oraclum Iovis inter aestuosi  
6 et Batti veteris sacrum sepulcrum –  
aut quam sidera multa, cum tacet nox,  
furtivos hominum vident amores,  
9 tam te basia multa basiare  
vesano satis et super Catullo est,  
quae nec pernumerare curiosi  
12 possint nec mala fascinare lingua.

**rūmor, ōris** Gerede

**ūnūs assis aestimāre** für nichts (nur für einen As) erachten

**lūx** h. Leben(slicht)

**dormīre** schlafen

**dein(de)**

**secunda** h. zum zweiten Mal

(con)turbāre

**invidēre** neidisch sein

**bāsīōrum**: zu *tantum*

**bāsīātiō, ōnis** Kuss

**super** h. mehr als genug

**arēna** Sand

**lasarpiciferīs Cyrēnīs** im Silphium (Heilpflanze) tragenden Kyrene (Stadt in Nordafrika) – **ōrāclum** Orakelstätte – **aestuōsus** von Hitze geplagt

**fūrtīvus** heimlich

**bāsīāre** küssen

**vēsānus** wahnsinnig

**pernumerāre** zählen – **cūriōsī** Neugierige

**fascināre** verwünschen



Römische Wandmalerei,  
Pompeji, 1. Jh. n. Chr.